

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

diximus iustos tantum recipi. Hoc agendum igitur, ut in illorum etiam simus numero, & Christum amplectamur, qui est iustitia, 1. Cor. 1. v. 30. Fides etiam seruanda, si volumus manere in hac arce, 2. Tim. 4. v. 7. Non deficiendū ad hostem satanam, aut mundum. Deo enim fidem dedimus in Baptismo. Juste ambulandum, Tit. 1. v. 12.

4. Si sic egerimus, sat tuti erimus. Si Deus pro nobis, Rom. 9. v. 31. Ps. 73. v. 25. Duminodo te habeam. Nec sine nos perire custos Israe lis, Psal. 121. v. 4. Esa. 41. v. 10. & 45. v. 2. & 46. v. 4. Psal. 23. v. 4. Securitas promissa est, &c.

F I N I S.

## T H E M A LXXX.

Proverb. 22. v. 1.

*Melior est fama bona, quam diuitia, &c.*

Dispositionem huius Thematis vide supra, in I. parte  
Promptuarii, Clasic I. Num. XVII. pag. 54.

## T H E M A LXXXI.

Eccles. 3.

*Tempus moriendi.*

## D I S P O S I T I O.

Salomon Rex sapientissimus Eccles. 3. v. 1. affirmat, Omnes sub celo actiones, quæcunque sunt, habent suum certum, & à Deo definitum tempus. Idq; ibidem per partes ostendit. Et quia prima hominis actio est nasci, ideo tempus nascendi primo loco posuit. At quia post exiguum temporis interuallum mors sequitur (hinc illud, Nascentes morimur, finisque ab origine pender), ideo in illo Catalogo temporum, (Gen. Register) tempus moriendi secundum locum tener. Est autem hoc tempus morieundi, quando Deus iubet nos hinc emigrare. Paucula sunt haec verba Salomonis, ex quibus iam 1. Doctrinam, 2. Admonitionem, 3. & Consolationem petere licebit.

D O C T R I-

De tempore  
mūkiam ap  
Mūdūm v  
pūmōndi,  
quānūqā  
11. dī. 1. Ant  
in mūlōrān  
Pla. 12. Pe  
de tempore  
Arabām  
Mūmōst  
cūmōnō  
coomōfū  
Philippus  
et. Ar quid  
viam ellē,  
bus patēt  
elle mort  
1. Ha  
rach. 7. v  
Certe  
dīmētē  
Nor pro  
iūmētē  
1. Sider  
remētē  
aur tamē  
ut spēmē  
mar &c. Po  
Admonē  
vīmētē  
Dōtētē  
comētē

## DOCTRINA

De tempore moriendi saepe cogitandum; quia id certum, & iam apud Deum definitum est.

Multi dum viuunt & valent, putant nullum fore tempus moriendi, sed semper viuendi. Ideoq; sic viuunt tanquam nunquam morituri. Belsazer, Dan. 5. Diues, Lucæ 12. & 16. Aut si cogitant, esse tempus moriendi, tamen id in multis annos reiiciendū putant. Ist noch lang dahin. Esa. 28. Paetum cum morte fecimus. Alii agere ferunt, si de tempore moriendi coram ipsis fiat mentio. Xerxes ad Artabanum (de miseria vitae & breuitate differentem) ait, Mittamus ista tristia, cum iucunda habeamus, &c. At ethnici nonnulli rectius senserunt. Dum alii ex cranio in conuiuis suos hospites bibere iussérunt.

Philippus Rex Macedo quotidie voluit moneri, Homo es. At quid hoc aliud, nisi, mortalis es? Ideoq; operæ pretium esset, illud Memenō mori, frequenter inscribi omnibus paricibus, in primis cordi. Imo orandum, Doce nos esse mortales, Psal. 19.v.6 & 90.v.12.

1. Hunc enim vñus habet illa meditatio, quem Syrach. 7.v ultimo testif: Nunquam peccabis.

Cerre non superbiret, Syr. 10.v.9. Non tanta solicitude terrena curaret, nummos corraderet, Matth. 6.v.19. Non procrastinator esset, Syrac. 5. v. 5. & 18.v.22. sed in iuuentute recordaretur, Eccl. 12.v.1.

2. Si de tempore moriendi cogitaremus, alia saepe iniuriosus consilia: quā hæc quibus Deum saepe offendimus, aut tamen frustra nos ipsos fatigamus, Psal. 146.v.4. Exiuit spiritus, &c. Jac. 4.v.13. Qui dicitis, Cras proficiscemur &c. Potius domui disponeremus, Esa. 38.v.1.

## ADMONITIO.

Ad moner etiam hoc sapientissimi Salomonis dictum, ut cum Deus euocauerit, simus obedientes & patientes. Und sollen wir nicht wegern. Syr. 41. in fine. Iam olim enim à Deo hoc tempus constitutum, quod nec mutari, nec

R. 3. nec

nec præterri potest, Job. 14.v.5. Psal. 139.v.16. Dies iam scripti in libro.

1. Itaque nec tempus, nec modus aut genus mortis apud Deum est incognitum, sed præuisum & respectu præscientiae infallibile.

2. Ita tamen, ut plerunque naturalibus mediis hanc vitam sustenter: aut præter naturæ ordinem aliquid agat pro sua liberrima voluntate. Cum non sit alligatus causis secundis. Et si aliter fuisse cumentur, id ipsum præsciueret.

Et piorum sane terminus vitæ vel abbreviatur, ut subtrahantur malis, exemplo Josiaz, 2. Reg. 21.v.20. vel prolongatur, ut diutius seruantur Deo, in Ecclesia vel Repub. exemplo Hiskiaz, Esa. 38.v.6. Ideo Paulus in Asia seruantur, 2. Cor. 1.v.9 &c.

Impiis vitæ terminus prolongatur, ut ad penitentiam vocentur, 2. Pet. 3.v.9. Rom. 2.v.4. & si id non fiat grauius puniantur.

Decuratur interdum ne ultra peccent, ut Her & Oenan, Gen. 38. Hophni & Pinehas, 1. Sam. 2.v.34. & Ia-  
lli cœlent esse molesti, Psal. 55. v. ultimo.

Non itaque fatalis terminus absolute & sine conditio-  
ne præfinitus est statuendus: Sed ut plurimum cum con-  
ditione aliqua promisit Deus vitæ vel longævitatem, ut  
Exod. 20.v.12. Eph. 6.v.3. Prou. 3.v.1. vel decurrationem,  
vt Leuit. 16.v.16. Deut. 28.v.15.

Hæc dieuntur, ne i. tememus Deum & peccemus teme-  
ritate, contra quam Christus moneret, Math. 4 vers. 7. &  
non negligamus media legitima, ut sunt medicamenta:  
Quale vnum etiam præscriptum legimus Esa. 38. vers. 21.  
& alia, ut Act. 27.v.31.

2. Ne timeamus furorem inimicorum, qui vitæ insi-  
diantur. Sicuti nec capillum poterunt lacerare, Luc. 21.v.18  
ita nec ante tempus occidere. Exemplo Christi, Joan. 8.  
v.20. patet.

3. Vbi autem anni constituti (Job. 16.v. ult.) clapsi fue-  
rint,

X  
THEMA LXXXI. VET. TEST. 263

tint, patienter viam uniuersitatis carnis singrediamur, : Reg. 2.  
v. 2. Sic enim omnibus constitutum est, Heb. 9. v. 27. Sollen  
vns alsdann nicht viel Rechnung machen/woran hab ichs  
gessen/ &c. Tempus adek Stundlein ist auch gelaufen.

CONSOLATIO.

Sed & contra tedium & fastidium vitae, quod non  
nullos torquet, capiamus consolationem ex his verbis,  
nec ex impatientia cupiamus mori ante tempus, Sicut  
Rachel, Gen. 30. v. 2. Hiob. 7. v. 15. Elias. 1. Reg. 19. v. 4.  
Jonas, Ion. 4. v. 8. Numer. 11. v. 15. etiam Moses optat mori,  
&c. At cogita, tempus nascendi & moriendi. Et id qui-  
dem in manu Dei non in nostra est positum. Er soll vns  
ausspanne nach seinem Willen. Simeon ille vult solui &  
dimitti secundum verbum & voluntatem Domini, Luc.  
2. vers. 29. Paulus & dissolvi & vivere cupit, sicut Deo vi-  
sum fuerit, Philip. 1. vers. 21. & 24. Fiat voluntas tua dicen-  
dum. Sanctus Martinus Turonensis agrotans, flentibus  
discipulis, sic ait: Domine si populo tuo sum necessarius, no re-  
cuso laborem. Fiat tua voluntas Domine. Sic tu quoque ex-  
specta, bis dir Gott Feierabend gibt. Es wird dir noch  
halb gang werden.

FINIS.

THEMA LXXXII.

Eccles. 7. v. 2.

Melior est dies mortis, die Natiuitatis.

DISPOSITIO.

Si hæc essent verba Ethnici aliquius, aut insipientis ho-  
minis, merito dubitaremus an veritati cōsentanea essent.  
Videtur n. hoc absurdissimum, diem mortis anteponere  
dicì natiuitatis: præsertim cum mors luctum, natiuitas  
vero, ( ipso filio Dei teste ) gaudium pariat: Joan. 16. imo  
cum ortus & natiuitas à Deo, mors autem à Diabolo in-  
troduncta sit, Sap. 2. v. 24. cumque vita Dei donum: mors  
stipendum peccati sit, Roman. Ideoque 1. audiemus